

Germani scripsisse feruntur, quos nec nomine noui. Ne-
 que soli Germani, apud quos primum hæc pestis est or-
 ta, contra hos hæreticos scripserunt. Sed ex omni natio-
 ne, quæ Christum agnoscens ab illo nomine accepit,
 multi uiri doctissimi cateruatim contra hos perniciosis-
 simos Ecclesiæ hostes plurima, & uaria uolumina edide-
 runt, quibus multa dexteritate ab hmoi perduellionum
 impetu furioso ecclesiam catholicam propugnare, de-
 fendere, atque dilatare conati sunt. In Germania siqui- *In Germania*
 dem inferiori, quæ superiori proxima est, Iacobus Lato-
 mus, Albertus Pighius, Iacobus Hochstratensis ordinis
 prædicator, & alij multi scripsere, quorū omnium cara-
 logū texere, fastidiosum esset. In Anglia scripsit primus *In Anglia*
 ipse Rex Henricus huius nominis octauus, qui si recte si-
 bi consulisset, a recta, quam tunc agnoscebat, fide nū-
 quam defecisset. Post Regem scripsit Ioānes Fischerus
 tunc Rossensis episcopus, & postea. S. R. E. presbyter
 Cardinalis. uir sanctitate p̄inde ac doctrina clarissimus,
 dignus certe, qui inter sanctos martyres receseat, quem
 senio confectum scimus pro fide Catholica libenti, &
 alacri animo ceruicē gladio supposuisse. In Gallia, quæ *In Gallia*
 uis ipse non Gallus, Iodocus Clithoueus Neoportuensis
 multa uolumina contra recentes hereticos scripsit. Post
 illum Hieronymus ab Hangeſt, Nicolaus Grandis or-
 dinis minorū in cōmentarijs quæ edidit super epistolā
 ad Rom. & super ep̄lam ad Heb. alijsq; multi scripsere.
 In Italia primus, quem scia, scripsit Syluester de Priore *In Italia*
 magister sacri palatii. Post istū Ambrosius Catharinus
 Senensis, ambo ex ordine prædicator, Albertus Pius
 olim Carporū comes. Ex Hispanis, eo quod nationi huic *In Hispania*
 satis bene alioqui prospectum erat, et cautum, pauci hæ-
 tenus, doctissimi tū, contra hos hæreticos scripserunt.
 Dominicus Soto ex ordine prædicator, qui cathedrā
 Theologiæ in insigni Salmaticēsi gymnasio, aū multos
 annos perpetuo regendā suscepit, in Tridentino concilio
 quo ex mandato tuæ Cæsareæ maiestatis nunc agit,